

CXI. FORVM GERMA[NORVM] (S. Damiano in valle Mairae?). *Tribu Pollia.*

Titulos repertos in valle Mairae ad vicos Elva et S. Damiani et Marmorae, item in valle Granae ad Valgrana et Caraglio, item qui innotuerunt ex museo Belliniano quod fuit Buscae hoc caput complectitur. — In hisce partibus, fortasse ibi ubi nunc est oppidum S. Damiani, Forum Ger . . . videtur fuisse id, cuius duovir titulum posuit n. 7831 quoque item recte referemus duumvirum et aedilem n. 7834. Quocum iam vera tituli lectione restituta (nam antea cum male CER legissent pro GER, in

alia omnia viri docti abierunt ¹⁾) recte coniungemus *r(em) p(ublicam) Germa . . . n. 7836*, quam qui curavit, item curam egit rerum publicarum Caburrensis (Cavourre) et Pedonensis (Borgo S. Dalmazzo). Vocabulum cum perscriptum non sit, coniectura explevimus Forum Germanorum, ut Fora Gallorum complura similiaque alibi reperiuntur. Adscriptum fuit tribui Polliae.

¹⁾ De Foro Cereali quod dicitur monui in adnotatione ad n. 7832. Grotendius trib. p. 55 pro CER emendavit COR rettulitque ad Forum Cornelii, hodie Imolam, quoniam hoc et ipsum tribum habet Polliam.

7831 Elvae in ecclesia extrinsecus.

VICTORIAE
AVG
VIBIVS CAESTII

Chiesa Corona Reale 1 (1655), 462 memorat: *ad Elva nella valle di Maira si vede un frammento d'una iscrizione Romana d'Augusto*. Exhibent Anonymus cod. 921 in fine, cui dedit praepositus loci; Mulettius inter Gazzeriana; Promis, qui vidit a. 1837, a quo habuerunt Casalis *diz.* 6 (1840), 338 et Manuel Ripoli e Sarzana p. 30, *mem. di Dronero* 1, 8 et Muratorius Vag. n. 219, ediditque ipse Torino p. 471 n. 237.

2 AVG Mul., v. G Anon. 921. — 3 VIBIVS factum esse in lapide ex VIOIO ait Promis, VIBIVS Anon. 921, VICIVS Mul. — CARSTII Mul., CAFFINII Anon. 921.

7832 in vico Pagliero [pars est oppidi S. Damiani] in valle Mairae *nella capella del cimitero della parrocchiale CHIESA; nella capella del cimitero BART. GAZZERA MANUEL*. — Paglieres in coemeterio MEYR. DUR. errore.

V F

M EXOMNIVS · SEVERVS
MAX · F · POL · FORO · GER
II VIR · BIS · SIBI · ET · DISIANIAE
5 MAX · FIL · BLAIAE · VXORI

Contuli ad ectypum, quod intercedente Promisio misit mihi baro Manuel di S. Giovanni ex Dronero. Afferunt Fr. Aug. della Chiesa apud Guichenonium in schedis Montispeulanis vol. XXII n. 110, ed. 1, 54 (inde Mur. 699, 2); idem Corona Reale 1 (1655), 461 memorat, non edidit; in eiusdem descr. Pedemontii ms. non legitur. Ex lapide Bartoli ms.; Meyranesius ms. (quamquam adscripsit *'da M. Fr. Agost. Chiesa'*; ex Meyranesianis Durandi *Piem. Cispad.* p. 116 addens dare se ex schedis Chiesae, indidem edidisse Guichenonium parum accurate); Anonymus Gazzerae; Manuel, qui vidit, Ripoli e Sarzana (1847) p. 27 et *mem. di Dronero* 1 (1868), 10. Ab his Promis Torino p. 157 n. 37; Muratori Vag. n. 221.

Cum auctores omnes excepto uno Anonymo Gazzerae v. 3 pro GER male legissent CER, adsumpto titulo n. 7153 in quo nominatur *aedilis plebis Cerialis* enatum est inde *Forum Cereale* apud auctores Pedemontanos passim memoratum, quod nullum umquam fuit.

7833 alla Marmora nella val di Maira nella chiesa parrocchiale in una cappella a destra dell' altar maggiore.

T		AVG
1E†		LIV
SE-	<i>femina</i>	CVND
	<i>stolata</i>	
STATOR	<i>tubam</i>	AV
	<i>tenens</i>	TA
5	OB MERI	
	V · S · L	L

Malacarne cod. bibl. reg. Taur. n. 714 qui repperit a. 1777 (inde Muratorius Vag. n. 220). Non videtur falsa; caute tamen adhibenda est.

[Vic]t(oriae) Aug(ustae) . . Metiliu[s] Secund[us] stator Au[g(usti)] ob merita v(otum) s(olvit) l(ibens) l(aetus).

7834 in una cappella a 2 m. tra Valgrana e Monterosso a man sinistra della via pubblica e del corso del torrente Gesso.

4. DOMITIVS · Sex. f
SECUNDVS · SIBI · ET
COIFILASIAE · SVPR
VXSORI
5 P · DOMITIO · L · F · SEVER
FILIO
DOMITIAE · Q · F · ERIAE
MATRI
VIRIO · SALVIO
10 MAGISTRO

Exemplum extat inter Gazzeriana exceptum a. 1852 et ab alio ad lapidem recognitum (inde Muratori Vag. n. 222).

1 E · DOMITIVS SFSE exemplum; 'FSE non si legge' emendator. — 3 ex COIFILASIA factum est COIFILASIAE. — 5 L · F emendator pro EE. — SEVR traditur. — 7 ERIAE traditur.

7835 in agro Caragliensi rep., deinde Buscae apud Bellinium DUR. Iam in museo Taurinensi.

D · M · V · F
M · DIDI · SABINIANI
AEDIL DVVMVir
ET MATTORIA I III
5 CIANA · CONIUX
EVS DIDI MARC III
MARCELVS IA IIIII sic
ANVS · FIL PARENTIBVS
ET MOCCIUS IVSTVS
10 GENER e POSERVNT

Descripsi titulum lectu difficilem. Durandi Ped. p. 10, huius mulieris scilicet Didisirinae (ita enim v. 2 corruerunt) corpus simul repertum esse narrans et armillam ei detractam servari apud Meyranesium. Terraneus ms. ex Meyranesii dissertatione de populis Auriatensibus citat haec: *così in un marmo, il quale trovossi nel sepolcro di una certa Disidirina due anni ora scopertosi, vi si legge un edile*. Muratori Vag. n. 193 non ignorans titulum extare in museo nihilominus corruptum exemplum Durandii totum repraesentavit.